

ista parte processerint, quae scripsistis vobis relata fuisse, nam ista civitas a nostro recessu citra in tanta quiete fuit continue sicut ut inlunquam, nullo novitatis alieuius indicio; sed per quosdam malivolos ista vobis ad incussionem timoris fore suggesta credimus, ut vel pacem<sup>1</sup> impedian vel declinent ad pacta eis forsitan graciore. Est autem verum, quod quidam Antonius de Malavoltis de certo tractatu suspectus, prout ante vestrum recessum potuistis audivisse, captus et detenus, tandem plurimos accusavit. Lucas autem de nocte fugit, quod credimus pro meliori fuisse. Populus vero dicti Antonii confessione percepta unanimi consensu voluit, quod institia fieret de eodem, prout est factum, nam palam et publice nullo quoque exorto rumore tulit sententiam capitalem;<sup>2</sup> nos autem divina suffragante clementia prosperare quietitudinis amenitate gaudeamus, vos attente rogantes, ut omni turbatione concepta et animorum fluctuacione depositis vobis commissum negotium inconsis mentibus prosequamini diligenter, progressus vero ac successura quaelibet nobis assidue resribentes. Datum Romae die 2. martii.

Copia ad Aix. Bibliothèque Méjanes; Cod. 915, f. 914-915.

#### 10. Cristoforo di Piacenza a Ludovico II de Gonzaga, signore di Mantova.<sup>3</sup>

Roma, 9 aprile [1378].

Mag<sup>is</sup> d<sup>re</sup> mi, recommendacione premissa. Significo dominationi vestre, prout alia scripsi,<sup>4</sup> quod die XXVII. mensis mareii dominus papa Gregorius migravit ab hoc seculo, et die octava mensis aprilis domini cardinales bonitate et industria Romani populi elegerunt in papam dominum Bartholomeum archiepiscopum Barensem<sup>5</sup> de civitate Neapolitana condescensum, utrinque iuris doctorem, in agibilibus mundi valde expertum, virum de quo certe<sup>6</sup> ecclesie sancte Dei bene provisum; plura

<sup>1</sup> Cod.: partem.

<sup>2</sup> Su questa congiura non ricordata dai moderni storici di Roma (PAPENHAUER, GASSOVIUS e REUMONT) trovo altri altrove soltanto le due notizie seguenti: 1<sup>a</sup> COLUCCIO SALUTATO probabilmente allude ad essa quando in una lettera (ed. RIBACCIUS II, 160) in data di Firenze 4 marzo 1377 (rip. 1378) a diretta a John Hawkwood (cfr. TEATRIE-LEAVER e MARCOTTI, G. Acuto, Firenze 1889), scrive: «Summus Pontifex indiget gentibus pro discordia quam super eum Romanis habet»; 2<sup>a</sup> Nella rara opera di POMPEO PELLINI, *De l'Historia di Perugia*, V, 1. Venezia 1604, di cui mi servii alla BIBL. naz. di Firenze, a f. 1206 si trova una relazione alquanto più diffusa e non più controllabile nei suoi particolari.

<sup>3</sup> Cfr. sopra p. 425.

<sup>4</sup> Dispaccio d. d. Roma XXXVIII. m<sup>er</sup>ci [1378]; «Die sabati vigesima-septima presentis mensis dominicae nouter migravit de hoc seculo circa tertiam horam noctis». Loc. cit. A. H. SOTOMAYOR 113 è sfuggito questo dispaccio.

<sup>5</sup> 1377 Aprile 14 (1378 secondo GASSO 826).

<sup>6</sup> Secondo SOTOMAYOR (Arch. stor. Ital. 5<sup>a</sup> serie XLIV, 279) va letto *cittas*.